

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1585.


PARS QUINTA.

685

ama. Conjugi tue ego cum mea plur. sal. d. Datum Græci festinanter, feria 6.  
post Cantate, an. 1585.

T. T.

Jerem. Hombergerus.



LXXXII.

Salutem in servatore Christo, Reverende & clarissime

D. Doctor, Domine amice & frater plurimum colende.

Et si non dubito, M. Colbium sua seipsum virtute atque assiduitate, & tibi  
& illustribus Dom. Proceribus commendaturum esse, nolui tamen eum à  
nobis discedentem, sine meis ad te dimittere, officii magis & voluntatis meæ  
restificandæ causa, quam quod aliquid esse arbitrarer, quod à me, quam à fra-  
tre Doct. Erasmo, rectius scribi posset. De pecunia autem tibi débita ita con-  
stitui: quia tu nondum summam toram, quanta sit, significasti, scripsi ad civem  
Villacensem, Christopherum Grundhnerum, cuius ex fratre nepotem mecum  
habeo, ut meo nomine fl. 40. tibi transmittat, id quod ipsum facturum confi-  
do. Quod si verò jam antea per Mercatores pecuniam huc curasset, de quo  
mihi tamen non constat, dabo operam, ut quamprin um aliquem hic in-  
veniam, cui tantum hic numerem ea conditione, ut vestratis monetæ tantum  
dum tu meo nomine recipias. Valde autem velim me vicissim aliqua in re  
gratificari tibi posse. De rebus nostris Mag. etiam Colbius pleraque poterit  
narrare. In vicino Palatinatu nihil est spei: & Palatinus etiam Johannes Bi-  
pontinus paulatim magis magisque Calvinismum suum detegit. Sed DO-  
MINUS dissipabit consilia impiorum. Benè in DOMINO, Clariss. Dn. Do-  
ctor, & frater plurimam observande, vale: ac festinationi ignosce. Argen-  
torato 10. Septembr. Anno 1585.

Tuus in DOMINO frater

Joh. Pappus, D.

LXXXIII.

Salutem à Domino nostro Iesu Christo, Reverende & Clarissime vir, compater honorande,

Gratulor proceribus vestris eam animi pietatem & fervorem, quem (ut ex  
G. literis R. d. t. intelligo) in reformatione Ecclesiarum apud vos adhibent,

R. r. 3

26